Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Præcepta Homiletica : in qvibus non tantum optima, qvæ in aliis sunt Homiletis, seliguntur, sed & plurima nova, maximè qvoad modos amplificandi reales, adduntur, omnia autem ex fundamentis suis solidè atqve perspicuè, & qvidem juxta Ordinem Realem, facilè atqve hîc optimum, deducuntur, deniqve exemplis etiam, plurimùm occurrentium Textuum, totius qvodq[ue] breviter dispositi Cathechismi, illustrantur : Ad usum SS. Theol. Studiosorum singularem in hac Compendiarias Theses redacta

Lipsiæ: Impensis Autoris, MDCCX.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1014930014

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1014930014/phys_0001
DFG

Contenta:

I Grapii Orator Ecclesiasticus.
II Karpzovii Hodegeticum.
III. Præcepta Homiletica.
IV. D. G. F. S. Ea, sine qbus Exercitium Oratorium vix commode suscipi potē.
V Gräffenij Præcepta Hodegetica de Resolutione Logica et Dispositione naāti.

KB NB 0173.1-5

Regional-bibliothek Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1014930014/phys_0002
DFG

Gregorius M.

Pensitare debet, quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, ex quantum loquatur, si enim unum horum defuerit, locutio apta non erit.

H: Voss:
Kirch. Megapol:
Aō. 1710. d. 8. octob.
Sed:- 13 gl.

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1014930014/phys_0003
DFG

Nr. 94.

Praeparatur
Phys.

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1014930014/phys_0004
DFG

PRÆCEPTA HOMILETICA,

in qvibus

non tantùm *optima*,
qvæ
in aliis sunt Homiletis,
seliguntur,
sed & *plurima nova*,
maximè qvoad *modos amplificandi reales*,
adduntur,
omnia autem
ex fundamentis suis
solidè atqve *perspicuè*,
& qvidem juxta ORDINEM REALEM,
facilè hîc optimum,
deducuntur,
deniqve *exemplis* etiam,
plurimùm occurrentium Textuum,
totius qvoq; breviter dispositi Catechismi,
illustrantur.

ad usum

SS. Theol. Studiosorum
singularem
in has COMPENDIARIAS THESES
redacta.

LIPSIÆ.
Impensis AUTORIS, M. DCCX.

I. N. J.

I.

HOmiletice in subjecto eam addiscitur, quæ prærequirit cognitionem Theologiæ Polemicæ, Conscientiariæ, maximè Theticæ, Moralis, atqve Exegeticæ; itemqve Philosophiæ, maximè Logices atqve Metaphysices; deniqve etiam lingvarum, maximè Hebraicæ atqve Græcæ, utpote in qvibus Deo duplex fœdus suum cum hominibus denuò post lapsum sancitum conscribere placuit.

II.

Neqve verò tàm est peculiaris Theologia qvàm *modus* tractandi eam & Scripturam ipsam, pro more qvidem dicendi ad populum modernò.

III.

Sicut enim *Exegetica* Scripturam resolvit adminiculò lingvarum, Logicæ atqve Metaphysicæ, & regularum propriarum, ex quò ipsò deindè Theologia Thetica, Polemica, Moralis & Conscientiaria provenit: ita è contrariò *Homiletica* componit sua ex his omnibus, maximè Scripturâ S. ipsâ, tanquam principiò omnium, & proponit populo.

IV.

Vox Homiletices descendit ἀπὸ τῦ ὁμιλεῖν à conversari, qvia homiliæ nihil aliud sunt, qvàm conver-

sationes sacræ, aut sermones, qvi in iis habentur: *homiletice* autem (ὁμιλητικὴ sc. διδαχὴ vel ἐπιστήμη) ratio conficiendi eos.

V.

Aliàs dicitur Rhetorica vel Oratoria Sacra, qvia in sacris se non aliter habet, ac Rhetorica vel Oratoria in profanis. Unde etiam multa hujus præcepta mutuò accipit, sed elevat, & ad res suas sublimiores applicat.

VI.

Aristoteles qvidem in undecim suis *virtutibus moralibus* etiam habet, qvas dicit *Homileticas*, nim. tres ultimas, *veritatem vel potiùs venacitatem, comitatem & urbanitatem*. Sed hæ pertinent ad hæmisphærium disciplinarum inferius, nempe Philosophiam, singulatim Ethicam, locumqve atqve usum suum habent in conversatione & sermonibus profanis, qvibusvis etiam communibus atqve tumultuariis.

VII.

Ipsa autem *HOMILETICA est scientia (effectiva) Sacra, super Textum aliqvem Canonicum ritè disponendi, componendi ac proponendi concionem, ad Dei gloriam, & populi audientis ædificationem.*

VIII.

In V. T. qvidem jam inde ab *Enoso*, tanqvam *primò* Verbi Divini *Præcone publicò*, (Genes. IV. v. ult.) subqve initium N. T. dicebant, θεόπνευστοι, prout Spiritus S. suggerabat, alii sancti Viri, prout ipse oris sermo ad statum præsentem se dabat. Sub Patribus verò Ecclesiasticis primùm *præparati Sermones* prolixiores, & mox integræ sic dictæ *Homiliæ* sunt exortæ.

IX.

IX.

Tandem res ad *hanc formam concionandi* ex suggestibus devenit. Unde & *peculiaris doctrina* de sapientiâ illâ sensim extructa, inqve *certa præcepta* inclusa fuit.

X.

Primus qvidem *Scriptor* in hôc genere fuit *Augustinus* in aureis suis *qvatuor libris de doctrinâ Christianâ*, qvippe in qvibus non tantùm tractanda exponit, qvòd alia sint signa, alia res ipsæ, hæqve vel fruenda solùm, vel utenda solùm, vel fruenda & utenda simul, sed vel maximè etiam ostendit modum, qvomodo non tantùm hæc omnia ex Scripturâ erui, sed eruta qvoqve dehinc populo dignè ac salutariter proponi possint ac debeant.

XI.

Subseqvuti deinde sunt *Theologi* nostrates, qvi non tantùm utrumqve, studium nempe cùm interpretandi Scripturas, tùm dicendi ex eâ ad populum, magis excoluerunt, sed & in terminos notos atque formam regulasqve distinctas disposuerunt. Illud qvidem *Flacius* (*in clave Scripturæ*,) *Franzius* (*de interpretatione Scripturæ*,) *Glassius* (*in Philol. S.*) & alii. Hoc v. *Jac. Andreæ* (*in Methodo Concionandi*,) *Rebhan* (*in Concionatore*,) *Christ. Chemnitius* (*in Rhetoricâ vel Oratoriâ Ecclesiasticâ*,) *Carpzovius* (*in Hodogetico Exegetico*,) ad *qvod notas insignes* confecit *B. L. Rivini, Orr. Lgg. Prof. & Ecclesiastes Lipsiensis, qvem & nos vivum olim Præceptorem habuisse, grati hîc agnoscimus*; aliiqve plures.

XII.

Homiletica *Lutheri*, ſicut ſpiritus, ſtylus, facta & omnia, eſt Heroica ac planè ſingularis.

XIII.

Salus itaqve (ædificatio) *populi* poſt *DIVINAM GLORIAM ſuprema lex* eſto.

XIV.

Qvicqvid igitur ad hunc finem qvadrat, adeſto: & qvicqvid non qvadrat, abeſto.

XV.

Qvò magis etiam aliqvid ad hunc finem qvadrat, eò magis adeſto: qvò minus aliud, eò magis abeſto.

XVI.

Qvi dignè tractat hoc ſtudium, ex ordine divino eſt homo (ſtudioſus Verbi) fidelis atqve regenitus, aliis qvidem cùm realibus tùm inſtrumentalibus ſubſidiis jam inſtructus.

XVII.

Preces & anteà quàm elabores concionem, & anteà qvàm elaboratam habeas, ad Deum fundendæ, qvò is πῶς & τὶ (Matth. X, 19.) ſapientiam & os (Luc. XXI, 15.) ad tàm arduum ſanctumqve opus ἀξίως præſtandum clementiſſimè largiatur.

XVIII.

Partes autem Orationis ſacræ, ſ. Concionis, prout hodiè obtinet, ſunt ſex: *EXORDIUM GENERALE, EXORDIUM SPECIALE, PROPOSITIO, PARTITIO, TRACTATIO, USUS* cum *Concluſione*. Perinde qvidem uti etiam apud profanos Rhetores vel Oratores ſex ſunt: *Exordium*, *Narratio &c.* ubi tamen interdum una atq; altera pars, maximè *Narratio atq;*

Con-

Confutatio, proratione circumstantiarum, omitti possunt, imò debent, secùs qvidem ac hìc fieri solet ac potest.

XIX.

Officia Exordiorum sunt auditorem reddere docilem (qvoad intellectum,) attentum (qvoad voluntatem,) benevolum (qvoad affectum.)

XX.

EXORDIUM GENERALE (aliàs *PræExordium*, *Præambulum*, *Introitus*, Eingang/ Antritt/ dictum) ipso nomine innuit, debere esse generalius speciali Exordiô.

XXI.

Fontes. Si textus est arbitrarius, plerumqve desumitur à *causa impulsivâ externâ*, qvæ me impulerit ad hunc textum, materiamqve super eô jam tractandam v. g. Evangelium præcedentis Dominicæ, qvod etiam breviter repetendum, maximè verò verba qvò respexerim: ita tempus v. g. passionale, si textus est passionalis, paschale, si paschalis, pentecostale, si pentecostalis &c. aut qvicqvid aliud v. g. casus certus, status auditorii, & sic porrò, mihi causam atqve occasionem dederit, ubi etiam convenientia dicta possunt præmitti v. g. Eph. V, 16. Schicket euch in die Zeit-- & similia. Qvibus paulisper explicatis, applicatio subjicitur. *Formula*. Weil es denn nun so/ so thun wir es billig auch anitzo hier und damit.

XXII.

Sin verò textus sit status, aut cohæret cum aliis vel à prædicante ipsô vel ab aliis jam habitis concionibus, tùm commodè hìc illa cohærentia & connexio ostenditur. aut non cohæret, tunc fontes hujus Exordii

dii ferè communes sunt cum fontibus Exordii Specialis §. XL. & seqq. enumerandis; modò ut qvadrent ad invicem, ambo autem ad textum vel thema ex textu proponendum, inprimis ut PræExordium sit generalius Exordiô ipsô, breviùsqve & concinnè tractetur.

XXIII.

Aliàs *insignes hujus Exordii fontes* sunt, qvi desumuntur à *commendatione rei tractandæ* v. g. ab ejus *necessitate, præstantiâ, jucunditate, utilitate* e. g. si ex Joh. XVII, 3. de salutari Dei Trinunius cognitione vellem dicere, tunc in hoc Exordio aptè ex verbis Christi apud Luc. X, 41. ad Martham prolatis. Eins ist noth --) possem disserere, qvàm necessaria res sit genuina cognitio Jesu & DEI Trinunius, Eins ist noth. qvàm præstans das beste Theil. qvàm jucunda, ex exemplô vivô Mariæ. *Transitio.* Weil es nun so eine nöthige/ vortreffliche/ liebliche Sache damit/ so wollen wir von derselben selbst etwas mehrers nach unsern Texte handeln. Ita qvando de pietate super Epistolâ qvâd. Dominicali v. g. 4. Dom. Adv. ex Phil. IV, 4. seqq. agere vellem, qvomodo se cùm in faciendis bonis tùm fugiendis malis, interdum adest etiam, perferendis duris exerat, possem ex 1. Tim. IV, 8. ejus commendationem Paulinam generalem, ab utilitate petitam, hîc præmittere. *Transitio.* Weil denn die Gottesfurcht so eine nützliche Sache/ daß sie jedermann ja wird gerne sehen wollen/ und folglich lieben und zu üben suchen/ so wollen wir sie selbst/ nach ihren Eigenschafften zwar allhier/ etwas mehr betrachten.

Hâc

Hâc methodô Christus ipse, optimus qvidem dicendi Magister, usus est v. g. qvando apud Johannem c. III. v. 1. seqq. Nicodemo doctrinam de regeneratione explicare vult, præmittit doctrinam de ejus necessitate. Warlich/ warlich/ ich sage dir/ es sey denn daß jemand -- v. 3. usqve adeò repetit bis ac ter v. 5. Warlich/ warlich -- & v. 7. Ihr müsset von neuen gebohren werden. Pari ratione qvando Matth. V. VI. VII. populo congregato totam rationem legis & Evangelii cum doctrinâ de bonis operibus tradere vult, allicit eos ante omnia, ostentando ipsis beatitates taliusmodi hominum, qvi per legem sub Evangelium ad statum justificationis & renovationis verè pervenerunt. Seelig--Seelig--Seelig-- c. V. v. 3--11. id qvod ferè per continuam praxin Jesu oratoriam observari potest.

XXIV.

Aut desumitur qvoqve *à commendatione textus ipsius*, v. g. qvòd Christus ipse eum elocutus sit: qvòd plus simplici vice occurrat in Bibliis, uti multæ historiæ Evangelicæ bis ac ter, imò aliqvæ v. g. passionis magnæ Jesu qvater, ab omnibus Evangelistis, exponuntur: ita alii textus v. g. Ps. XIV-LIII. Ps. XV-Es. XXXIII, 14. 15. 16. Es. XXXV, 10--LI, 11.

XXV.

Subsisto etiam prorsus *in generalibus terminis, dicendo*: Wir wären anitzo wieder zusammen kommen Gottes Wort zu betrachten/ insonderheit dis und das. ubi qvidem ipsa Propositionis meæ formalia verba non libenter usurpo, sed Synonymica vel Periphra-

ſtica, qvò auditorem attentum retineam : ſicqve *Vorum*, poſt *Allocutorium, primum*, qvô Deum in ſubſidium vel potius totum totius concionis auxilium advoco, addo.

XXVI.

TEXTUS ipſe eſt fundamentum, centrum atqve cardo totius concionis.

XXVII.

Eſt autem textus vel *ſtatutus*, idqve vel ab Antiqvitate, ut Evangelia & Epiſtolæ Dominicales & Feſtivales, recentiori, textus Catechetici, vel ab homine v. g. Principe, in diebus Pœnitentialibus extraordinariis aut aliis ſolennitatibus publicis ſ. lætis ſ. triſtibus. vel ab alio Superiore v. g. in concionibus docimaſticis ſeu probatoriis. vel à privato etiam v. g. defuncto, in funebribus. *vel arbitrarius*, utî aliàs per ſeptimanam plerumqve res concionanti libera eſt, ubi dicta, ab integro contextu abſtracta, ſumuntur.

XXVIII.

In *Officiô* tamen conſtitutus digniùs totum aliqvem librum ſacrum pertractat, aut tamen ſi dicta excerpit, methodum in dictis ipſis excerpendis obſervat v. g. articulorum, prout ſe invicem in Theologiâ Auguſtanâ Confeſſione &c. excipiunt.

XXIX.

Si textus eſt *arbitrarius*, debet eſſe *Canonicus*, ut non tantùm res tractanda, ſed & verba, imò tota textura ſit divina, qvò firma adſit baſis h. e. infallibile principium ad explicandum, probandum, docendum, refutandum &c.

XXX.

XXX.

Unde etiam in Catechismô explicandô præcipuè ad verba Dei, aut Christi, si adsunt, uti ferè in omnibus ejusdem partibus adsunt, in Decalogô, Oratione Dominicâ, doctrinâ de duobus Sacramentis, respicere debeo.

XXXI.

Alii textus ex libris Apocyphis, it. cantionibus & precationibus Ecclesiasticis, multò magis privatis, si expetuntur v. g in concionibus funebribus, substernuntur Parallelo Biblico Canonico.

XXXII.

Porrò textus (intellige arbitrarius,) sit *commodus*. v. g. ad Evangelium præteritum, (rarò sequens, nim. si proximè instet, ut sit concio præparatoria, qvanqvam cum diebus Dominicis tanqvam septimanariis res hæc in usu adeò non est, ac cum dies solemniores adsunt v. g. trium præcipuorum Anni Festorum, Nativitatis Jesu, Paschatis, Pentecostes, aut dies pœnitentialis extraordinarius) item ad tempus, solennitatem, funus vel alias circumstantias præsentes.

XXXIII.

Tùm neqùe *nimis sit longus neqve nimis brevis*.

XXXIV.

Denique etiam *totus* h. e. ut sumam simul simul sumenda, & relinqvam suo loco relinquenda v. g. in textu illo Johannæo Das Bluth J. C. des Sohnes Gottes --) ex 1. Ep. I, 7. meliùs facio, si & piora verba assumam. So wir im Lichte wandeln / so haben wir Gemeinschafft untereinander / und das Bluth --- qvia his verbis qvidem beneficium Christi exprimitur,

illis

illis verò officium nostrum, qvæ omninò melius conjunguntur, sicut & apud Apostolum in eôd. versu unà habentur.

XXXV.

In textu *publicè prælegendô* exprimendum est, quod fortè in totâ structura non est expressum, sed ad priora textus se refert, uti v. g. Evangelia sæpe incipiunt: Und da Er. ubi sic dicendum Und da Jesus -- ita in aliis. qvod verò leve est, & ex praxi facile observatur.

XXXVI.

Textus, qui seorsim tractatur, uti à Studiosis maximè cum Dictis Biblicis fit, plerumqve *extra:* qvi in ordine integri alicujus libri explicati aut explicandi, uti à Ministris ordinariis, utrumqve maximè per septimanam, *intra contextum* tractatur.

XXXVII.

Interdum enim qvidem coincidit v. g. 1. Tim. II, v. 1. 2. ist es eine Vermahnung Pauli zum Gebeth. (1.) vor alle Menschen insgemein. (2.) vor die Obrigkeit insonderheit / sive textum intra sive extra contextum sumas. Sed verba in v v. 4. & 5. sequentia Gott will daß allen Menschen geholffen werde. it. Es ist ein Gott / und ein Mittler -- extra contextum sind es Lehren von dem ernsten Willen Gottes zu aller Menschen Seeligkeit. it. von dem einzigen Mittler Jesu. Sed intra contextum potius sunt argumenta Pædevtica, qvibus confirmatur adhortatio illa, qvæ v. 1. 2. præcessit, nim. ab exemplis duobus excellentibus. Weil der Vater will gerne allen geholffen haben / der Sohn auch ein Mittler vor alle / so sollen wir auch

vor

vor alle bethen: nebst dem/ daß es auch an sich guth/ und Gott angenehm v. 3. mediô. Ita notum dictum classicum Joh. III. 16. Alſo hat Gott die Welt geliebet--) extra contextum kann es eine Lehre geben von denen Mitteln der Menschen Seeligkeit. (1.) ex parte Dei die Liebe Gottes und Verdienst J.C. (2.) ex parte nostri, glauben. Sed intra contextum potius est argumentum Didascalicum, quô probatur, unde venerit, quòd Christus instar serpentis Mosaici in lignô crucis ex altari potuerit, ut homines exinde jam vitam lucrentur, v. 15. scilicet quia Deus in tantum dilexit mundum illum immundum, ut Filiũ illum suum unigenitum illi ad hunc finem dederit, s. clarius, gratia & amor Dei est causa impulsiva interna Filii ad redemtionẽ dati, uti etiã in Græco Codice versus hic cũ præcedente per particulam causalem γὰρ est connexus.

XXXVIII.

Amplificans reale tamen mihi suppeditare potest, si extra contextum tractem, ut præmittam, ubi commodè fieri potest, quomodo in contextu se habeat.

XXXIX.

EXORDIUM SPECIALE ipsô nomine innuit, debere esse specialius Exordiô generali, generalius tamen ordinariè themate proponendô.

XL.

Fontes. Petitur ab *antecedenti vel parte vel totô.* *A parte* v. g. si habeo Epistolam 1. Dom. Adv. ex Rom. XIII, v. 11. seqq. Und weil wir wissen--) possum locô Exordii hujus afferre, qvomodo Apostolus jam c. XII, & XIII. aliqvas adhortationes & dehortationes habuerit, t. in genere, c. XII. ferè tot. XIII. à v. 8. usqve

usqve ad Epist. præs. tùm in specie, miscellaneas qvidem pædias c. XII, v. 7. 8. singularem verò ad obedientiam Magistratui præstandam c. XIII. v. 1.--- 7. illasqve paulò prolixius exponere: jam autem alias cùm adhortationes tùm dehortationes hîc succedere, anteà qvàm in sequentibus c c. XIV. & XV. tradat, qvomodo cum infirmis in fide & vitâ sit agendum, ipsaqve privata c. XVI. *A toto* autem, si totam Epistolam breviter exponam v. g. contineri in eâ ferè Systematicè totam Theologiam tùm Positivam tùm Moralem. Positivam quidem à c. I. -- XI. In c. I. & II. & parte IIItii enim agitur de nostrâ t. gentilium t. Judæorum totali corruptione in spiritualibus. in reliqva parte c. IIItii à v. 21. de nostra justificatione. in IVtô de exemplo justificationis, Abrahami tanqvam patris credentium, singulari. in Vto, de fructibus justificationis, pace cum Deo, gloriâ tribulationis, spe vitæ æternæ. in VItô de renovatione. in VIImô de statu fidelium post justificationem & renovationem, ratione residui peccati inhærentis & adhærentis. in VIIIvô ulteriùs doctrina de fructibus justificationis & renovatione exponitur. In c c c. IX. X. & XImô est doctrina peculiaris de externâ illâ Judæorum præ gentilibus in V.T. assumtione, factâqve jam in N. T. permutatione. In c. XII. & seqq. jam succedit Theologia Moralis; juxta superiùs adducta: ubi etiam in cc. XIV. & XV. Theologia Conscientiaria addi potest, certè qvoad duos ibidem resolutos insignes casus pro isto quidem tempore.

Transitio simplex. Darauff folgen denn nun auch in unserer Epistel diese Ver- und Abmahnungen / zu wel-

welcher oder welchen wir uns nun wenden wollen.

XLI.

A genere ad speciem v. g. si habeam textum ex Hebr. XIII, 16. Wohl zu thun und mitzutheilen vergesset nicht -- possum Exordium ab amore proximi in genere desumere v g. ex dicto illo tritissimô Matth. XXII, 39. Liebe deinen Nechsten als dich selbst. est enim beneficentia species amoris proximi tanqvam Generis. *Transitio.* Gleichwie wir nun gesehen/daß GOtt von dem Menschen insgemein fodert den andern zu lieben/ also sehen wir in unsern Texte / wie Paulus in Nahmen Gottes ihn insonderheit die Gutthätigkeit anbefiehlet/ zu welcher auch jene der Grund ist.

XLII.

A thesi ad hypothesin v. g. si habeo Evang. de decem leprosis ex Luc. XVII, 11. seqq. quomodo (1.) Jesum adeunt. (2.) ab ipso sanantur (3.) unus qvidem saltem illorum Medico optimo gratias agit, commodè locô Exordii possum dictum Ps. L. v. 15. tractare, ubi ead. tria membra (1.) ruffe mich an in der Zeit der Noth / so will ich (2.) dich erretten / und du solt (3.) mich preisen. vel si priora duo saltem respiciam, ex Ps. XXXIV, 6. welche ihn (1.) ansehen und anlauffen / derer Angesicht wird (2.) nicht zuschanden. est enim hic thesis, illic hypothesis s. exemplum generalis istius pronunciati.

XLIII.

Ab exemplô aliô simili v. g. qvando habeo Evang. Dom. XI. p. Trin. ex Luc. XVIII, 9. seqq. de Pharisæo & Publicano, idem qvidem facientibus, sed non

côd.

eôd. corde, eâdemqve ratione, indeqve consecutô eventu, possum commodè in Exordio ex Gen. IV, 3. seqq. exemplum simile Caini & Abelis, exponere, qvi etiam idem qvidem faciebant, qvòd victimas uterqve suas ad traditionem & exemplum paternum Deo offerrent, sed cum corda longè diversa ipsaqve ratio actus interna essent, inde etiam longè diversissimum sortiebantur eventum. Denn Gott der HErr sahe gnädig an (1.) Abel und (2.) sein Opfer: aber (1.) Cain und (2.) sein Opfer nicht. v. 5. Duo enim cum faciunt idem, sæpè non est idem. Plura etiam in hoc fonte exempla possunt accumulari. *Transitio.* Ein gleiches Exempel ist denn nun auch in unsern Evangelio/ubi similitudines illæ inter utrumqve aut plura Exempla intercedentes paulò exponuntur.

XLIV.

A contrariô v. g. si habeo doctrinam de electione finaliter credentium, ex Eph. I, 4. possum in Exordio ex aliô qvodam Scripturæ loco v. g. Marc. XVI, 16. de reprobatione finaliter incredulorum differere. aut si pro themate habeo ex Col. I, 6. Eure rede sey allezeit lieblich--) adhortationem ad genuinum lingvæ usum, possum in Exord. v. g. ex Eph. V, 4. dehortationem Paulinam explicare à pessimô lingvæ abusu. *Transitio.* Nachdem wir nun biß anhero aus unsern Eingangs-Spruche von der Verwerffung der biß ans Ende Gottlosen gehöret/ so haben wir in unsern vorhabenden Texte vom Gegentheil/ nehmlich der Erwehlung derer biß ans Ende gläubenden zu vernehmen/ in priori: in posteriori; hat nun der Apostel in diesem Orte die Christen von dem Mißbrauch der

Zun-

Zunge abgemahnet/ so vermahnet er sie hingegen an diesem Orthe zum rechten Gebrauch derselben/ oder wie sie recht reden sollen.

XLV.

A promissione ad complementũ, v. g. qvando tractandum haberem Evang. de nativitate Jesuli ex Luc. III, 1. seqq. tunc juxta h. fontem Exordium aptè desumo ex Es. VII, 14. Siehe eine Jungfrau ist schwanger -- aut ex Es. IX, 6. Uns ist ein Kind gebohren -- tanqvam ProEvangeliis, vel etiam Protevangelio Gen. III, 15. Des Weibes Saamen -- ubi qvidem promissiones plerumqve more Propheticô sic efferuntur, ac si res promissa jam adsit, aut prorsus facta sit, uti & in his dictis se res habet, certè prioribus duobus. *Transitio.* Was nun Gott der HErr im A. T. verheissen/ das sehen wir hier in der That erfüllet/ qvod deinde paulisper ex textu juxta promissionis verba ostendendum.

XLVI.

A typô ad antitypum v. g. qvando haberem Evangelium 1. Fer. Pasch. de resurrectione Christi ex Marc. XVI, 1. seqq. possum exordium sic desumere commodè à typo Jonæ, ex c. I. & II. ejusd. Prophetiæ, maximè utriusqve vers. ultimô, collatô Matthæi c. XII, 40. *Transitio.* Was wir nun im Vorbilde oder Schatten bißanhero gesehen/ das giebet uns unser Evangelium nach der Sache oder Wesen selbst zubetrachten. aut qvando haberem Epistolam ejusdem diei sacri ex 1. Cor. V, 6. seqq. in ipsô qvidem textu typus satis expresse est indigitatus. Qvemadmodum enim Israëlitis in Paschate suô V. T. omne vetus fermentum expurgare incumbebat: ita multò magis Christianis in

paſchate ſuô N. Teſtamenti. Feget den alten Sauerteig aus/ auf daß ihr ein neuer Teig ſeyd -- v. 7. Laſſet uns Oſtern halten nicht im Sauerteig der Boßheit und Schalckheit/ ſondern im Sûßteig -- v. 8. qvemadmodum autem illos ad illud faciendum inſtigare debebat agnus ipſorum paſchalis: ita multò magis Chriſtianos in N. T. ipſorum Agnus, Chriſtus. Denn wir haben auch ein Oſterlam̃ -- v. 7. *Tranſitio ſimplex.* Das wollen wir etwas mehr aus unſerer Epiſtel ſelbſt vernehmen/ ubi res ipſas magis pertracto, abſtrahendo à typô; aut leviter & breviter ſaltem repeto, maximè ſub initium ſingularum partium.

XLVII.

A dictô parallelô v. g. ſi habeo textum ex' Act. XIV, 22. Wir mûſſen durch viel Trûbſal ins Reich Gottes eingehen. locus parallelus, & qvidem aliqvis ex V. T. Pſ. XXXIV, 10. Der Gerechte muß viel leiden. mihi Exordium ſuppeditare poteſt. ubi tamen *cavendum*, ne materiam, qvæ in ipsô textu habetur, mihi præripiam. Optimè igitur fecero, ſi talia loca parallela eligam, ubi qvidem eadem res, ſed alii conceptus & circumſtantiæ, aut certè aliæ expreſſiones. *Tranſitio.* Was wir nun in dieſem Spruche etwas betrachtet/ das werden wir mit mehrern auch aus unſern Texte erlernen.

XLVIII.

Eſt a. *Parallelíſmus locorum*, qvod hâc occaſione notandũ, triplex: vel *verbalis tantùm*, vel *realis tantùm* vel *verbalis & realis ſimul*. *Verbalis* eſt, ubi qvidem eadem verba, ſed diverſus ſenſus v. g. eadem qvidem verba ſunt, qvæ Chriſtus profert Joh. II, 19. Brechet die-

dieſen Tempel--) & par falſorum teſtium Matth. XXVI, 61. imò Judæi etiam c. XXVII, 40. proferunt: ſed longè diverſus ſenſus. Chriſtus enim intelligit illa myſticè de templo corporis ſui per mortem deſtruendô, ſed ab ipsô poſt triduum reædificandô: hã verò literaliter & corporaliter de templô ipſorum Hieroſolymitanô. qvanqvam Chriſtus etiam diversè dixerat brechet ihr. nicht ich will--brechen/ wie bauen/ ob wohl brechen laſſen. *Realis* eſt, ubi diverſa qvidem verba, ſed idem ſenſus v. g. in exemplo in §. præced. allato. Der Gerechte muß viel leiden. & Wir müſſen durch viel Trübſal--aut Alle/ die gottſeelig leben wollen--ex 2. Tim. III, 12. *Verbalis & realis ſimul*, ubi & eadem vel ferè eadem verba & idem ſenſus v. g. eadem verba ſunt, HErr ich warte auf dein Heil: uti Jacob Gen. XLIX, 18. profert, & uti David Pſal. CXIX, 166. profert. ferè eadem Rom. III, 24. Wir werden ohne Verdienſt gerecht--& Gal. II, 16. Wir wiſſen/ daß der Menſch durch des Geſetzes Werck ꝛc. Tales Paralleliſmi ultimi generis inter *integros libros* etiam habentur v. g. inter libros Samuelis Regumqve & inter libros Paralipoμένων, inter Epiſtolam Pauli ad Epheſ. & Epiſt. ad Coloſſ. Ita inter 2. Petr. c. II. & Epiſtolam Judæ. maximè etiam inter Evangelia qvatuor Evangeliſtarum, uti & ſuperea Concordiæ & Harmoniæ extant cum Majores v. g. Chemnitio-Gerhardo-Lyſeriana. tùm Minores v. g. Andr. Oſiandri, Sandhageni, Uſſerii aut qvisqvis eſt Autor, qvem ſeqvutus Schottelius in Ligatâ ſuâ Germanicâ qvatuor Evangeliſtarum unitorum verſione.

In hôc fontè maximè adhibeo locos parallelos vel reales tantùm, vel reales & verbales simul.

XLIX.

Tractatur Exordium hodiè ferè, uti ipse textus, per partes & argumenta sua; saltem non ita manifestè aut formaliter exprimo, neqve tàm prolixè aut accuratè, maximè qvoad resolutionem: cæterùm aptè ad ipsum thema, uti de PræExordiô simile jam fuit monitum: aliàs etiam saltem Periphrastice, aut per modum Chriæ, scil. per thesin, causam & amplificans unum vel aliqvot.

L.

Sub *initium Exordiorum* perinde est, sive ab ipsô dictô proferendô incipiam, sive etiam præmittam, qvæ sint contenta dicti v. g. si locô Exordii habeo dictum Eph. III, 19. Christum lieb haben --) possum dicere: Christum lieb haben/ ist besser / denn alles wissen. Dieses sind die Worte/ mit welchen Paulus lehret/ wie die Liebe Jesu über alles Wissen hingehe. & etiam: Wenn der Apostel Paulus anzeigen will/ wie die Liebe Jesu über alles Wissen sey/ so saget er: Christum lieb haben ꝛc.

LI.

Jam ad ipsam *PROPOSITIONEM* & *PARTITIONEM*, in qvarum qvidem genuinâ inventione potissimum artificii Homiletici situm est.

LII.

Hîc ante omnia notandum est, *analysin textus* esse triplicem. Est enim vel *Grammatica*, qvæ inqvirit in voces simplices, phrases integras, totamqve orationis texturam, omniumqve eorundem sensum. vel *Logi-*

Logica, qvæ inqvirit in subjectum & prædicatum, porrò causam, s. jam sit topica, s. analytica, hæcqve vel à priori vel à posteriori. vel *Rhetorica*, qvæ inqvirit in *Genus*, *Speciem*, *Objectum*, *Argumenta:* deinde etiam in tropos & figuras cùm sententiæ tùm dictionis.

LIII.

Circa *Rhetoricam Analysin* autem maximè observandum est, & 1. qvidem, qvoad *Genus*, ex *inductione omnium* Scripturæ locorum patescere, qvòd vel doceat illa vel refutet vel adhortetur vel dehortetur vel consoletur. Exinde verò jam etiam qvinqve classes ortæ sunt, qvas & *locos Homileticos* dicere possis, ad qvas omnes textus, qvicunqve & qvotcunqve in universâ Scripturâ habentur aut ex eâ depromuntur, qvoad Genus dicendi referri possunt.

LIV.

Est enim *(1.) Genus Didascalicum*, ubi docemus v. g. Joh. 1, 1. seqq. Im Anfang war das Wort --) est doctrina de Verbi hypostatici æternitate, Ejus opere Creationis, itemqve Virtutibus, Luce & Vitâ.

(2.) Elenchticum, ubi errorem refutamus v. g. Act. VII. totus scopus orationis Stephani eò tendit, ut refutet in adversariis errorem vel præconceptam opinionem, quâ putabant, Deum alligatum esse templo ipsorum externo Hierosolymitano. Ideò enim ex historiâ Ecclesiasticâ demonstrat, qvòd Deus primùm in tabernaculô nudô habitârit, qvod qvidem Israëlitæ etiam secum in exiliô circumduxerint, imò ante tabernaculum, à Mose constructum, ne cellam qvidem Deum habuisse, nedum sacellum. Ergò potius magis

propriè habitare ipsum in cordibus fidelibus & puris, uti & tandem expresè ex Es. LXVI, 1. subjicit.

(3.) *Pædevticum*, ubi adhortamur v. g. Luc. VI, 36. Seyd barmhertzig / wie auch euer Vater--) ist ad misericordiam. & v. 37. Gebet--vergebet--)ad liberalitatem, & facilitatem condonandi proximo delicta.

(4.) *Epanorthoticum*, ubi dehortamur v. g. in eôd. loc. v. 37. Richtet nicht -- Verdammet nicht--) à temerè judicandô & condemnandô.

(5.) *Paracleticum* s. *Consolatorium*, ubi consolamur v. g. uti Christus Luc. XVI, 33. ad discipulos ait: In der Welt habt ihr Angst / aber seyd getrost-)consolatur enim illîc suos discipulos cumqve ipsis omnes pios ob mundum, afflictionesqve, qvibus in eô sint expositi.

LV.

Primam qvidem *ansam* ad hæc qvinqve Genera in Homileticis assumenda procul dubiô dederunt sic dicti Usus sive modi applicandi Scripturam. Cum enim viderint, à Deo ipso qvinqve illorum in locis Scripturæ infrà nominandis indicari & intimari, fuit cogitatio, annon qvoqve Scriptura ipsa, qvoad modos dicendi suos, qvinqve hæc Genera admittat & contineat: cumqve ita se rem cum codice illo sacro, conjunctim qvidem, prout hodiè habemus, sumptô, habere, invenerint & perspexerint, assumserunt, & qvinqve Genera ipsa, prout Usus, constituerunt.

LVI.

Aliâs apud *Rhetores profanos* tantùm tria Genera dicendi habentur: *Demonstrativum*, quô laudamus vel vituperamus: *Deliberativum*, qvô svademus vel dis-

dissvademus: Judiciale, quô accusamus vel defendimus. Sed hæc hujus loci non sunt, inqve ipsô forô humanô magis ad Statum Veterum, à qvibus etiam primùm excogitata fuerunt, qvâm nostrum hodiernum qvadrant. Qvamvis etiam facilè nostra sacra qvinqve ad illa ipsa tria possint referri, ita ut Didascalicum & Elenchticum pertineat ad Genus Demonstrativum, Pædevticum & Epanorthoticum ad Deliberativum, Consolatorium ad Judiciale, qvô qvidem tantùm in genere defendimus.

LVII.

Objectum Generis Didascalici & Elenchtici est θεωρητικόν τι, *quid theoreticum*, sive jam assumendum sive mittendum; maximè πιστόν τι qvid vel *credendum vel non*. Pædevtici & Epanorthotici πρακτικόν τι, *qvid morale*, sive jam faciendum, sive omittendum. Paracletici *afflictio quædam* vel *afflictus ipse*.

LVIII.

Objectum Generis Elenchtici est *error in intellectu vel doctrina*: Epanorthotici *vitium in voluntate vel vitâ*.

LIX.

Etiam virtutes & vitia possunt esse objectum Generis Didascalici & Epanorthotici, qvatenus scil. easdem etiam Didascalicè vel Epanorthoticè tracto; sicut vicissim doctrinæ & errores possunt fieri objectum generis Pædevtici & Epanorthotici, sed qvatenus vel ad illas amplectendas adhortor vel ab his aversandis dehortor: qvanqvam ejusmodi adhortatio-

nes & dehortationes ſtatim etiam ipſis Uſibus Didaſcalico & Elenchtico ſoleant apponi. Pari ratione ſe res habet cum afflictionibus, iisqve oppoſitis ſolatiis.

LX.

II. Jam qvodlibet Genus etiam ſuas habet diverſas *Species*.

LXI.

In *Didaſcalico* enim vel aſſerimus aliqvam doctrinam ſ. fidei ſ. morum, ſ. alius reiſcibilis, vel narramus aliqvod factum vel dictum, vel prædicimus aliqvid futurum, vel gratias agimus &c. Unde *tot Species* emergunt, qvot modi dicendi diſtincti hujus Generis eſſe poſſunt v. g. *aſſertio* e. g. dictum, qvod ſuprà habuimus ex Joh. I, 1. ſeqq. continet aſſertionem Didaſcalicam de Verbo, ejusqve tùm æternitate &c. Tales aſſertiones Dogmaticæ plerumqve continentur in *libris Scripturæ Dogmaticis*. *Narratio* e. g. quæ in loc. cit. Joh. v. 6. 7. ſeqvuntur, Es war ein Menſch von Gott geſandt--) ſunt narratio Johannis Evangeliſtæ de Johannis Baptiſtæ cùm perſonâ tùm officiô teſtificatoriô. Tales narrationes plerumqve ſunt *in libris Hiſtoricis*. *promiſſio*. e. g. Joël. II, 28. ſeqq. eſt promiſſio de effundendo per ultima tempora Spiritu S. Impletio habetur Act. II, 1. ſeqq. uti & mox ibidem à Petro in concione ſuâ vaticinium illud v. 17. ſeqq. adducitur. Tales plerumqve habentur *in libris Propheticis*. *Gratiarum actio* v. g. Pſ. CXI, 1. Ich dancke dem HErrn von gantzem Hertzen-) Ita Pſ. CXXXVIII. 1. &c. uti etiam Paulus ſæpè in Epiſtolis, maximè eorum initiis, Deo gratias agit ob bonum Eccleſiarum miniſteriô ſuô plantatarum ſtatum & incrementum.

doxo-

doxologia v. g. Eph. III, 20. 21. Dem aber -- Dem sey Ehre --) ita 1. Tim. I, 17. VI, 16.) qvales etiam in Psalterio Davidicô plures habentur. Adhortationes verò ad gratiarum actiones & doxologias ad genus Pædevticum pertinent v. g. Psal. CXXXIV. 1. CXXXV, 1. CXXXVI, 1. Lobet -- Dancket dem HErren --) ita Ps. CIII, v. 1. 2. 22. Lobe den HErren meine Seele. Ps. CL. tot. Lobet den HErren -- .)

LXII.

In *Genere Elenchtico* vel refutamus errorem s. sit fidei, uti plerumqve, s. morum aliusqve scibilis, interdum, vel reprehendimus adversarium ipsum, vel taxamus errorem ejus, vel expostulamus cum ipsô de eô, vel qvicunqve alii modi esse possunt. Unde emergunt *tot species*, qvot ipsi modi sunt aut esse possunt. v. g. *refutatio* e. g. tales sæpe occurrunt in Epistolis Paulinis, qvando refutat Apostolus Pseudo-Apostolos, eorumqve seqvaces, opera Mosaica, maximè circumcisionem, adhuc contra rationem atqve genium N. T. tùm incepti urgentes v. g. So ihr euch beschneiden lasset / ist euch Christus nichts nütze / seyd ihr noch das gantze Gesetze schuldig / ab absurdô Gal. V. 2. 3. directè autem: In Christo JEsu gilt weder Beschneidung noch Vorhaut / sondern der Glaube / so durch die Liebe thätig v. 6. oder wie er c. VI, 15. redet / eine neue Creatur. Totum Evangelium Johannæum qvoad scopum suum primarium est refutatorium, qvia, uti historia Ecclesiastica testatur, ideò illud Evangelista conscripsit, qvò refutaret Ebionem atqve Cerinthum, divinitatem Christi negantes. Aliàs in se spectatum omninò est Narratorio-didascali-

cum Vitæ Jesu, uti & sub finem scopum hunc secundarium, qvi qvidem primarius cæterorum Evangelistarum, ipse intimat, daß ihr gläubet aus dem / was Jesus so herrlich beydes in wundern gethan / als mit Worten gelehret / dieser Jesus sey der Christ / der versprochene Heiland. c. XX, 31. conf. c. II, 11. *reprehensio* e. g. Ps. XIV. 1. Die Thoren sprechen -- sie tügen nichts --) *expostulatio*. v. g. Gal. IV, 1. O ihr unverständigen Galater / wer hat euch bezaubert -- conf. etiam seqventia.

LXIII.

In *Pædevtico* vel adhortamur ad aliqvid, vel svademus qvid, vel precamur, vel qvodcunqve aliud facimus. Unde iterum *tot species* exurgunt, qvot παιδείας modi esse possunt v. g. *adhortatio* e. g. Rom. XII, 1. Ich ermahne euch durch die Barmhertzigkeit Gottes- 2. Cor. VI, 1. Wir ermahnen aber euch als Mithelffer / daß ihr nicht vergebens die Gnade Gottes empfahet. In qvibus dictis etiam ipsum adhortationis verbum formale adest. vel Devt. VI, 5. Du solt den HErrn deinen Gott lieben -- Pertinent huc præcepta Decalogi 3. & 4tum. solummodò. vel etiam simplices v. g. Rom. XIII, 1. Jederman sey unterthan --) *Svasio* Apoc. III, 18. Ich rathe dir / daß du Gold kauffest --) *Precatio* 1. Thess. IV, 1. Wir bitten euch -- daß ihr immer völliger werdet. Huc pertinent, reductivè qvasi, etiam *precationes ad Deum directæ* v. g. Salomonis 1. Reg. VIII. Jesu ipsius Joh. XVII. oratio Dominica ex Matth. VI. & Luc. XI. qvia nihil aliud sunt qvàm supplices qvidem adhortationes, qvò Deus hoc vel illud petitum exaudiat, ipsôqve opere expleat.

LXIV.

LXIV.

In *Epanorthoticô* vel dehortamur à vitiô qvôdam, vel exprobramus illud perpetranti, vel expoſtulamus cum ipsô de eô, vel reprehendimus ipſum, vel comminamur ipſi, vel qvicqvid aliud pro ratione hujus Generis facimus. Unde iterum *toti ſpecies* emergunt, qvot ſunt modi dicendi hujus Generis inter ſe diverſi v. g. *dehortatio* e. g. Eph. IV, 30. Betrübet nicht den Heiligen Geiſt--) Jac. V, 9. ſeufftzet nicht wider einander--) Signum ut plurimum eſt particula *negandi* cum modo imperandi aut ſimili. Huc pertinent pleraqve præcepta Decalogi 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *exprobratio* Jac. V, 1. ſeqq. Wohlan nun ihr Reichen/ weinet und heulet--Euer Reichthum iſt verfaulet--) *expoſtulatio* Pſ. XIV, 4. ſeqq. Will denn der Ubelthäter keiner das mercken--) *vituperatio* 1. Cor. V, 6. Euer Ruhm iſt nicht fein. Wiſſet ihr nicht--) *commination* Matth. III, 10. Es iſt ſchon dem Baum die Axt an die Wurtzel gelegt--) modus ejus vehementiſſimus Væ. v. 9. Luc. VI, 24--27. Weh euch Reichen--die ihr hie voll ſeyd--hie lachet--) Matth. XXIII, 13. ſeqq. Weh euch Schrifftgelehrten und Phariſeern--) pluribus vicibus. Huc pertinent etiam, iterum reductivè qvaſi, *deprecationes ad Deum directæ*, peccatorum & pœnarum, qvia nihil aliud ſunt qvàm ſupplices qvidem dehortationes, ne Deus peccata reſpiciat, obqve ea pœnas repetat e. g. Pſal. VI, 1. HErr ſtraff mich nicht in deinem Zorn--& in Pſalmis pœnitentialibus ſæpiùs. Id qvod & valet de *deprecationibus humanis*.

LXV.

In Epiſtolis Paulinis, maximè ad Rom. Galat. Epheſ.

phes. Hebr. prior pars, utpote Dogmatica, *qvoad plurimam partem* continet dogmata: posterior utpote Moralis, adhortationes & dehortationes. v.g. Epistola ad Rom. c. I. ad XI. habet dogmata: à c. XII. ad fin. adhortationes vel dehortationes. Epistola ad Gal à c. I. ad IV. habet dogmata vel etiam refutationem errorum falsorum Apostolorum: in reliqvis duobus c. V. & VI. adhortationes & dehortationes. In Epist. ad Ephes. in prioribus tribus capitibus sunt dogmata: in posterioribus tribus adhortationes & dehortationes. In Epist. ad Hebr. in c. I. ad X, 18. habentur dogmata: in reliqvis à c. X, 19. seqq. ad fin. epist. adhortationes & dehortationes. Dico autem: *qvoad plurimam partem*. Nam & in priori parte alicubi immiscentur adhortationes & dehortationes, & in posteriori admiscentur doctrinæ.

LXVI.

In *Genere Paracletico* vel consolamur (verbis,) vel promittimus auxilium (reale,) vel etiam aliô modô afflicto ejusqve afflictioni occurrimus. Unde iterum *tot Species* oriuntur, qvot modi hujus Generis esse possunt v. g *Consolatio* in dicto superiùs ex Joh. XVI. v. ult. allatô: In der Welt habt ihr Angst: aber seyd getrost --) *Auxilii promissio* Es. XLIII, 2. Fürchte dich nicht/ denn so du durchs Wasser -- Feuer gehest/ wil Ich bey dir seyn/ daß dir keines was thun sol. Adhortationes verò ad patienter ferendas calamitates sunt in genere Pædevtico v. g. 2. Tim. II, 3. Leide dich als ein guter Streiter J. C. dehortationes ab impatientiâ in Epanorthoticô.

LXVII.

Nonnulli qvidem *præcisè tres species* singulorum Gene-

Generum faciunt, qvò distributio eò fiat facilior: sed qvia tamen inter se singulæ qvoad formalem rationem sunt distinctæ, fortasse rectius est tot constituere, vel potiùs à naturâ constitutas ita sinere, qvot ipsæ sunt. Qvanqvam tamen deinde in praxi ipsâ, si prægnans causa adest v. g. ne numerum partium consvetum excedam, possum unam ad alteram, ubi commodum qvidem est, referre; nisi tamen etiam rem per subdivisionem expedire possim & malim.

LXVIII.

Aliqvæ species ad duo Genera referri possunt, pro duplici scilicet considerandi modô v. g. *commendationes*, *confessiones* & paucæ aliæ *in se* pertinent ad Genus Didascalicum, qvia e. g. commendationes exponunt laudem alicujus rei, confessiones ingenuè referunt peccata: sed si *scopum* respiciam, potius sunt, commendationes quidem in Genere Pædevtico, qvia ideò commendo, ut alter rem commendatam amet atqve faciat, confessiones autem in Genere Eparthorthoticô, maximêqve pertinent ad deprecationes, qvia per ipsam ingenuam confessionem Deum, supplicitèr qvidem, dehortari volo, ne peccata mea ante conspectum suum ponat, mihiqve secundum illa retribuat. Videndum igitur, qvi respectus in qvolibet loco præponderet: aut possunt etiam Didascalico-Pædevticè, Didascalico-Eponorthoticè pro formâ suâ & scopo integri contextus simul tractari. Et sic in aliis.

LXIX.

Promissiones simplices sunt in Genere Didascalico: qvando verò objectum afflictum adest, in Paracletico.

LXX.

LXX.

III. *Objectum* est vel *personale* vel *reale*. *Personale* est persona v. g. Joh. III. Nicodemus est objectum JESU personale, utpote cum quô ille colloqvitur. *Reale* est res e. g. ibid. regeneratio, de qvâ JESUS cum Nicodemô colloqvitur. Huc etiam *facta & dicta* pertinent v. g. objecta realia omnium narrationum historicarum sunt dicta & facta JESU aliorumqve, sicut personæ, de qvibus exponunt, sunt objectum personale.

XXXI.

IV. *Argumenta* sunt triplicia: (1.) *explicantia*, quæ rem expliicant v. g. subjectum, & prædicatum, si complecti volo aut expedit omnia cætera explicantia, qvæ non sunt subjectum: aliàs distinctè, objectum sive personale sive reale, qvod tamen interdum cum actu conjungitur, actus, modus, qvi item cum actu sæpè conjungitur, instrumentum, terminus à qvo, ad qvem, per qvem, tempus, locus, finis sive intermedius s. ultimus. aut juxta versiculum communem per qvæstiones: Qvis? Qvid? Ubi? Qvibus auxiliis? Cur? Qvomodo? Qvando? v. g. si habeo dictum ex Joh. III, 17. Also hat Gott die Welt geliebet--) explicantia sunt subjectum vel Qvis? Gott. qvod? s. objectum reale die Welt. qvid? s. actus geliebet. qvomodo? modus, also daß er seinen eingebohrnen Sohn gab. ubi nova con- & innexa qvidem propositio succedit. qvis? Gott. qvod? seinen Sohn. qvalem? eingebohrnen. qvid? gegeben. finis s. cur? auf daß iterum nova propos. qvis? alle qvales? die gläuben objectum personale s. in qvem? an ihn. quid? negativè

nicht

nicht verlohren werden. affirmativè sondern haben qvid? das Leben. qvalem? ewige.

LXXII.

Qvanqvam autem privatim *me ipsum* etiam meritò & qvôvis die ex eâ informo, in concione tamen publicâ usus hos maximè ad *auditorium* dirigo (ihr/ Dû) nisi qvòd interdum me ipsum etiam includo, maximè in usu Didascalico (wir lernen hieraus.)

CXVI.

Anteqvam exempla Usuum videamus, commodè *prænotatur*; in quô genere fuerit textus, in illo me peculiarem usum non habere, neque posse habere, qvia aliàs idem fieret Genus aut tractatio & usus: tamen ejus loco facere me plerumqve *applicationem* ad præsentes meos auditores v. g. in genere didasc. *hâc vel simili ratione:* so behaltet denn nun auch ihr das. in Pædevt. so thut denn nun auch ihr das. in elencht. so lasset denn auch ihr das &c.

CXVII.

Qvô in casu etiam peculiariter, maximè in Genere vel

vel applicatione Didascalicâ, addere soleo *alia* Scripturæ *loca* ad majorem consolidationem: nec non *commendationem à rei propositæ & observandæ necessitate, dignitate, jucunditate, utilitate*, nisi tamen jam fontem Exordii peculiarem exinde habuerim. itemqve *reductionem ad libros Symbolicos*, præprimis *Catechismum minorem*, tanqvam librum alias vel rudissimis vulgarem, unde eò magis qvoqve confirmantur, tanqvam ex principio noto.

CXVIII.

Jam *ipsa Usuum exempla* succedunt, utpote in qvibus etiam *prænotatæ notæ exempla simul* habentur. v. g. si assumamus ex superioribus textum ex Joh. I, 1. seqq. Im Anfang war das Wort--) Usus *Didascalicus* hîc non potest efformari, quia ipse textus est in Genere Didascalicô, benè tamen *applicatio* fieri. So behaltet denn nun auch / oder auch ihr diese Lehre p. von der Ewigkeit JEsu p. Schöpffung p. Licht uud Leben. *locaqve alia Scripturæ* singula corroborantia addi. præterea verò etiam *commendatio*, qvàm necessaria, qvàm jucunda, qvàm utilis sit hæc ipsa doctrina. tandem etiam *reductio ad Catechismum*, qvoad æternitatem qvidem, maximè ad Articulum Symboli Apostolici secundum, in specie verba explicationis Lutheri, daß JEsus vom Vater in Ewigkeit gebohren--ja daß er nun auch (mit der Menschheit) lebet und regieret in Ewigkeit. qvoad creationem verò, & virtutes duas ejus præcipuas, etiam transeuntes, lucem & vitam, ad primum & tertium Symboli adducti articulum, cùm in illis sub Patre & Spiritu non excludatur Filius, sed includatur, tanqvam unus & unicus

cus cum ipsis Deus. *Usus* autem *reliqui formaliter* exinde consequuntur v. g. *Elenchticus* contra illos, qui negant divnitatem Christi; quales inter veteres Photiniani, inter recentiores Sociniani, utriqve vestigia Ebionis & Cerinthi, Apostolorum tempore idem facientium, legentes. Hîc verò *argumenta* in contrarium adsunt, qvia Christus est æternus, creator omnium, vita substantialis & lux, qvæ actio & attributa nulli creaturæ competere possunt. *Pædeuticus* v. g. ad timendum ipsum, qvia est æternum atqve summum Numen: ad se cum ipso per fidem uniendum, qvia in ipsô est lux & vita, unde & nos pòst tanqvam ex fonte haurimus: ad confidendum ipsi, qvia creavit nos. *Epanorthoticus* contra secus facientes, securos, incredulos, desperatos. *Argumenta (1.) à turpi*, qvòd hi ipsâ praxi negent, qvod hæretici dicti in doctrinâ, nim. Jesum esse æternum, Jesum esse vitam & lucem, Jesum creasse ipsos & omnia, indeqve etiam satis robustum esse ad ipsos sustentandos. *(2.) à damno*, qvòd nec fruituri sint Jesu ejusqve gratis attributis, sed potiùs per justitiam & potentiam Jesu non qvidem ad nihilum priscum sint redigendi, sed potius ad mortem & tenebras, & ipsas qvidem, sed malè æternas detrudendi. *Consolatorius*: adversus tentationem de temporali ac caduca nostra homuncionum conditione. *Argum.* consolatorium, Jesu æternitas, qvippe ex qvâ maximè etiam proveniet, ut & nos maximè olim post resurrectionem non qvidem æterni, sed tamen æviterni, cum ipsis etiam corporibus, fiamus. contra defectum nostrum vitæ spiritualis ac lucis. *Argum.* consol. In Ipsô est lux & vita, maximè etiam pro nobis.

bis. contra tentationem de nostri sustentatione. *Argum.* consol. qvi verò creavit, idem etiam sustentabit, imò sustentabit ad vitam & lucem æternam.

CXIX.

Ita si assumamus itidem ex superioribus dictum 1. Petr. V, 5. 6. GOtt widerstehet denen Hoffärtigen--) *usus didascalicus* qvidem, pro dispositione superiùs habitâ, *formalis* est de humilitate, ejusque subjecto wir alle und iede insonderheit sonderlich junge Leuthe. objecto unter GOtt und seine gewaltige Hand / auch unter einander / 9f. præced. qvalitate bestehet in demüthigen oder erniedrigen v. g. wie geringe Sträuche in der Natur gegen grosse Bäume/ Cedern u. s. w. sich gehaben / qvæ Emphasis in Græco. Vox Germanica Demuth etiam sedem virtutis illius primariam haud obscurè indicat, nempe das Gemüth: qvanqvam deinde etiam in corpore, gestibus, atqve sermone, omnibusqve actionibus esse & elucere debet. fine atqve commodô, die Gnade Gottes / Erhöhung. contrariô Hoffart: incommodô ejus Wiederstand Gottes. omnia autem hîc saltem *didascalicè* exponuntur. *Elenchticus* hôc super locô non facilè habetur. In *Moralibus* enim, qvò pertinet etiam humilitas vel humiliatio potiùs, non tàm errores, certè capitales, habentur, ac in doctrinalibus, nisi qvales apud Moralistas & Casuum Conscientiæ scriptores fortè inveniuntur, qvi verò publicè pro suggestu non adeò annotari & refutari solent. In *Pædevtico* igitur saltem hìc fit *applicatio*. So lasset denn ihr auch euch dieses gesaget seyn / daß ihr euch demüthiget-- ubi etiam *idem argumentum* à necessa-

rio

rio ad obtinendum bonum vel etiam utili addere & urgere possum, daß Gott denen Demüthigen Gnade gebe / sie erhöhe-- alterum enim à damno contrarii potiùs Usui Epanorthotico reservo. *Epanorthoticus* iterum formalis contra superbos. *Argum.* à damno, Gott widerstehet ihnen nach seiner gewaltigen Hand. *Consolatorius* contra difficultates, qvæ exculturo humilitatem obveniunt. *Argumenta* à necessario, es ist die gewaltige Hand Gottes. à damno, si minus facio, Gott wiederstehet -- à bono, si potius sponte & libere -- Atqve sic in cæteris.

CXI.

Ad Usus *porrò notandum* est, ordinariè debere esse *1. homogeneos*, ut maneam in eâdem materiâ ex textu immediatè in usus profluente, *2. adæqvatos*, ut totam illam per omnes pro textu certè tractatô exhauriam v. g. ut exempla modò proposita reassumamus, in *posteriori* qvidem Jac. V, 5. 6. istô perductô modô optimè manetur in eôdem themate de humilitate, in Usu Didascalico perinde ac reliqvis: qvando verò in Usu Didasc. tractassem doctrinam de potenti manu Dei, indeqve reliqvos usus certè nunc liberiores & ampliores efformâssem, heterogenea illa fuisset tractatio, minimùm pro præsenti textu & factâ dispositione, licèt aliàs ille conceptus etiam sit in textu, imò etiam superiùs explicatus. Multò magis valeret, si prorsus aliam materiam in usibus assumerem, de qvâ planè nihil aut saltem aliqva occasio in textu. Ex *priori* verò exemplo super Joh. I, 1. seqq. maximè elucet, qvomodo usus cum applicatione debeant esse *adæqvati*. Ibi enim per singulos non tantùm agitur de

æter-

æternitate Filii, sed etiam Creatione, neqve tantùm de Creatione, sed & Luce & Vitâ. Sin verò de unô illorũ aut etiam duobus saltem usus fuissent instituti, inadæqvati facti fuissent, qvod verò ductui toti ineonveniens & insolitum. Qvæ duo qvidem etiam ad Exordia possunt observari. Interdum tamen etiam *partes ad Usus distribuo* v. g. super Evang. Dom. I. Adv. ubi 1.) von Jesu Einzug 2.) des Volcks Aufnahme. hic prior pars optimè dat maximè Usum Didasc. & si haberi potest, Elencht. posterior verò Pædevt. Epanorthot. & Paracleticum,

CXXI.

Peculiariter si in textu ipsô tractatô habui *promissionem vel typum aut tale qvid*, maximè ex V. T. tunc in Usu Didascalicô ostendo, qvomodo illa in N. T. impleta fuerint, adeoqve jam impleta habeamus, qvò etiam sedes Scripturæ impletionis relatoria aliaqve loca afferri possunt v. g si haberem pro textu ipso vaticinium Joël. II, 28. sqq. tunc in Usu Didasc. ostendo, qvomodo in N. T. impletum sit, maximè ex Act. II, 1. seqq. cui possum addere alia per Acta subseqvuta exempla, c. eôd. II, 41. VIII, 17. XIX, 6. imò qvomodo super qvemlibet fidelem semper invisibiliter, verè tamen, effundatur Rom. V, 5. maximè per Baptismum Tit. III, 6. Ita si habeo typum resurrectionis Christi de Jona ex c. I. & II. prophetiæ ejusdem, tunc usus didascalicus ostendit impletionem ex sedibus historicis propriis v. g. Marc. XVI, 1. seqq. aliaqve testimonia Apostolorum pro lubitu addit v. g. 1. Cor. XV, 4. *Sin verò* promissiones, typi -- adhuc implenda prostant aut restant, uti sunt de novissimis, cum iis qvæ ex

ex voluntate & prædictô divinô præcedere debent, facio saltem applicationem, cum connotatione illius ipsius, adhuc implenda prostare aut restare: aliaqve hîc solita aut congrua addo.

CXXII.

Qvando autem habui *textum historicum*, *maximè aliqvem articulum fidei* continentem, tunc in *Usu Didascalico tracto dogma*, qvod exinde resultat v. g. Evangelium idem Dom. 1. Adv. ex Matth. XXI. textus est historicus de ingressu aut incessu Jesu ultimô Hierosolymitanô, qvem etiam historicô modô juxta circumstantias è textu suppeditatas in tractatione ipsâ pertracto: in Usu verò Didascalico possum qvidem etiam saltem accommodationem simplicem ad auditorium facere, itemq; reductionem ad alia Scripturæ loca, màximè etiam promissoria V. T., qvalis etiam hic in ipso Evangeliô ex Zachariâ adducitur, aut alias præfigurationes continentia, & deinde etiam libros Symbolicos; sed meliùs & rectiùs jam inde educo, & pro ratione alicujus usus deduco doctrinam istius articuli in textu & tractatione ipsâ historicè enarrati, maximè qvoad causas suas, relictis aliis minoribus circumstantiis magis historicis v. g. ex adductô Evangelicô historicè pertractatô usus formalis didascalicus resultat, dogma nim. de ingressu Jesu ultimo in urbem Hierosolymam, ubi causæ ex textu maximè demonstrandæ, efficiens s. ingrediens, instrumentum aut objectum, forma, & finis ingressus illius. Ita verba institutionis Cœnæ Dominicæ sunt narratoria, uti etiam, juxta methodum Analyticam qvidem, tractari debent, imò suprà §. XCI. dispositimus:

sed in Usu Didasc. habeo dogma de S. Cœnâ, idqve per suas maximè causas deduco, singulasqve ex textu confirmo. efficiens s. instituens Jesus, materialis, panis & vinum, corpus & sangvis Christi, formalis consecratio & datio ex parte Jesu vel administrantis: Ministri, sumptio & comestio ac bibitio ex parte utentis, finis recordatio Jesu, maximè passionis & mortis ejus. Qvod idem etiam qvidem fieri potest in *textibus futura prædicèntibus* v. g. super Evang. 2. Adv. ex Luc. XXI. Ibi tractatio aut certè pars prima habet, qvomodo Jesus signa diei extremi plurima prædixerit. Usus verò Didascalicus dogmaticè de signis illis agit. Et fortassè etiã in aliis similibus similiter adhuc procedit. Deinde tamen etiam ipsa applicatio ad auditoriũ solche Lehre zubehalten / cæteraqve addi possunt. Nimirum fit hîc Usus *non à genere ad genus*, uti aliàs & in aliis se habet, sed *à specie ad speciem*, uti narratio & prædictio ad assertiones dogmaticas se habent, qvod qvidem *Generi Didascalico ferè proprium*.

CXXIII.

In *Accommodationibus Pædevticis*, *Epanorthoticis & Consolatoriis* possum adeò eadem verba, per omnia qvoqve, retinere, saltem verò applicare ad præsentes auditores v. g. in istis 1. Petr. V, 5. 6. So demüthiget nun auch ihr euch-- auf daß er auch euch-- in illis Eph. IV, 30. So betrübet denn ihr auch nicht-- ihr seyd auch versiegelt-- in his Joh. XVI. v. ult So habt ihr auch wohl Angst -- aber seyd getrost-- Jesus hat auch vor euch die Welt überwunden.

CXXIV.

Ordinem Usuum etiam possum immutare, prout qvi-

qvidem in qvôlibet locô commodum v. g. ut primùm qvidem Genus Didaſcalicum ponam, qvod ferè ſemper præcedit, deinde ſtatim Paracleticum, tandem Pædevticum: Ita etiam Epanorthoticum poſſum Pædevtico præmittere, & ſic porrò: licèt alias conſvetus ille ordo ſit ordinarius, & juxta res ipſas aut rationes Uſuum mutuas ordinatus. Qvemadmodum etiam *unum atqve alterum*, maximè *Elenchticum* v. g. ubi Elenchus non facilè habetùr, aut longè accerſendus, uti de Moralibus jam §. CXIX. monitum fuit, aut qvia etiam hîc objectum (adverſarii) non adeſt, qvanqvam aliàs auditores præſentes de errore illô fortè ipſis in intellectu aut foris per converſationem cum ipſis errantibus aut aliis obveniundo inſtrui poſſunt; ita *Epanorthoticum* v. g. qvando juniores ſunt, qvi prædicant, aut alioqvi non lubitum eſt, *omittere* poſſum, ſecus qvidem ac cum Partibus ipſis Concionis comparatum fuit.

CXXV.

In *Didaſcalico Uſu* ita verſor, ut primò qvidem doctrinam ipſam educam & producam, ubi iterum perinde eſt ſive ſit fidei ſive morum ſive etiam alius ſcibilis: deinde probo illam ex textu: porrò addo alia argumenta ex aliis locis deſumpta, aut etiam realia. Poſſum etiam intereſſe ad veritatem & pietatem addere. Maximè verò etiam commendationem, & reductionem ad libros Symbolicos, etiam ſemper, inprimis ſi articulus eſt fidei.

CXXVI.

In *Elenchtico* ita verſor, ut primò qvidem errorem ſive iterum ſit fidei, ſive morum etiam, ſi habeo & ex-

pedit, sive jam totius alicujus hæreticæ Ecclesiæ, sive etiam saltem hujus vel illius Doctoris, afferam: deinde allatum refutem cùm è textu, tùm ex aliis locis, aut etiam argumentis realibus. Ubi qvidem qvoad *illud* error debet esse certus, ideòqve potest etiam interdum ex ipsorum confessionibus & aliis publicis magis qvàm privatis scriptis, integrôqve doctrinæ fluxu demonstrari, ne imputem ipsis, qvod non statuant: qvoad *hoc* verò error solidè debet refutari, ne mota dubia resideant in animis eorum, qvi jam audierunt. Potest etiam historia, qvomodo hic vel iste error ortus & progressus sit, breviter addi v. g. *ex Kromay. Theol. Pos. Polem.* ubi singulis Antithesibus breviter historia cujuslibet præmissa. it. interesse ipsorum, ex *D. Alberti* sic dicto erudito & utili libro, *Interesse Religionum.*

CXXVII.

In *Pædevtico* primò Pædiam habeo, ubi qvidem interdum virtus & modus παιδείας possunt separatim sumi, deinde argumenta, primùm qvidem textualia, pòst alia, etiam realia. Addo tertiò *media*, ad hanc vel illam virtutem adipiscendam vel exercendam facientia v. g. preces, meditationem verbi, considerationem ipsius bonitatis, qvæ est in virtute, it. exemplorum, etiam præmiorum, exercitium spirituale, consortium bonorum amandum, & alia.

CXXVIII.

Hîc *annotandum*, huic Usui interdum, maximè ubi doctrinæ adfuerunt morales, præmitti *Examen*, eine Prüfung, qvô examinatur status auditorum ad pro-

propositam doctrinam, in specie etiam secundum tres status Hierarchicos, aut singulos alios status, ætates, sexum, ubi res maximè ex externis manifestis operibus carnis demonstranda, qvanqvàm pòst etiam singulorum conscientiæ & probationi propriæ ex magis internis & occultis signis committenda: nam ita Pædia ad contrarium eò commodiùs subseqvitur. Subjici verò interdum etiam *adhortationem pro profectioribus* in Christianismô, ut eò magis magisqve proficiant cùm in genere in cognitione & experientiâ spirituali & judiciô discernendi non tantùm bona à malis, sed & majus unumqvodqve à minori, imò assequendi, seqvendi & conseqvendi optima, tùm hujus vel illius articuli & virtutis in specie: qvam qvidem etiam aliqvi intelligunt per τὴν παιδείαν ἐν δικαιοσύνῃ 2. Tim. III, 16. indeqve τὴν ἐπανόρθωσιν ad incipientes referunt. Tales in Epistolis Paulinis sæpiùs occurrunt v.g. 1. Cor. XV, 58. Col. I, 9. seqq. ubi & eadem *argumenta*, huc qvidem qvadrantia cum mediis, decenter repeti possunt.

CXXIX.

In *Usu Epanorthotico* itidem habeo primò Epanorthosin, ubi qvidem interdum iterum vitium & modus epanorthoseως sejunctim sumi possunt, deinde argumenta primùm qvidem textualia, pòst alia, etiam realia. Similiter *media* addenda v.g. preces, meditatio verbi, consideratio ipsius turpitudinis, qvæ est in vitiô, porrò exemplorum, itemqve etiam pœnarum, tentamina spiritualia, occasio, multò magis mali ipsi, maximè viæ & media cùm interna tùm externa vitanda, & alia.

CXXX.

Hîc etiam *annotandum*, peccata qvædam, inprimis contra ſextum præceptum, ſi carpantur, ſaltem indigitanda eſſe, non prolixiùs deſcribenda, ne ex hoc ipſo delectationem capiat natura corrupta, aut qvi nondum norunt, inde reſciſcant, certè inqvirendi anſam arripiant: vehementiores verò Epanorthoſes, it. exceſſuum aut factorum perpetratorum ſingularium potius eſſe Miniſtrorum ordinariorum, qvàm Studioſorum.

CXXXI.

In *Panacletico* habeo primùm objectum afflictum ſive ſpirituali ſive etiam corporali ſaltem afflictione. Deinde argumenta conſolantia tùm divina ſive ſpiritualia, majora, tùm humana, aliàs Philoſophica dicta, minora, primò qvidem textualia, pòſt alia, etiam realia. Tertiò etiam conditiones, qvæ in ſubjecto adeſſe debent, aut ad id etiam ipſum reqviruntur, ſi hujus vel illius ſolaminis, ſive verbalis magis ſive etiam realis, particeps afflictus vult fieri v. g. ut ſit regenitus, ut etiam media ad ſolatium ducentia uſurpet, imò ipſum ſolatium admittat, ut etiam pòſt gratus ſit opere, ore, re.

CXXXII.

In *omnibus* autem *uſibus*, ubi ad textum uſum refero, verba textus formalia ſæpè adhibenda atqve urgenda, qvippe qvæ eò magus pondus in animis auditorum habent atqve relinqvunt. *Argumenta* autem *amplificantia*, qvorum qvæ in ſingulis Uſibus maximè adhibeo, ſuprà §. LXXII. ſimul annotatum fuit, hîc eò potiùs ac in ipsâ tractatione aut Exordiis ad-

dun-

duntur, qvia formaliter habent, qvod anteà in textualibus saltem, pro ratione qvippe Usuum, per consequentiam qvandam è textu, in tractatione quidem ipsâ jam intimatam & indicatam, fuit elicitum.

CXXXIII.

Cæterùm aliqvandò *usus etiam singulis tractatis Partibus statim adjiciuntur*, qvod qvidem maximè fieri solet & potest, si *diversa adsunt objecta vel materiæ*, ut singulis suos usus addam, qvanqvam hoc in casu plerumq; non omnes adhibentur v.g. in *Dogmaticis*, si habeo textum dictum Rom. X, 4. Christus ist des Gesetzes Ende --) juxta r. 3t. in diversa objecta *Prop.* est Pauli Lehre 1.) von Jesu Ampte 2.) von dem gerechtmachenden Glauben. ubi qvidem *prioris* partis commodè hìc statim subjungendi usus sunt, *didascalicus* qvidem saltem *accommodatio* ad auditorium, cum *reductione* ad alia loca & libros Symbol. *Elenchticus* contra eos, qvi negant. *Consolatorius* contra legis divinæ à nobis post lapsum implendæ impossibilitatem. *Argumentum* consol. Christus ist des Gesetzes Ende vel potius Vollendung. *Posterioris* autem Usus *Didascalicus* iterum saltem accommodatio -- *Pædevticus*: Ergò credamus; sic justificabimur. *Epanorthoticus*, contra incredulos; ita nec justificandos, cum connexa sint inseparabilia. In *Practicis* v. g. si habeo textum ex Matth. XXII, v. 38. 39. Du solt Gott deinen HErrn lieben -- uud deinen Nechsten als dich selbst. juxta Reg. 3t. in diversa Obj. *Prop.* est das Geboth (von) der Liebe Gottes und des Nechsten/ubi 1.) das Geboth von der Liebe Gottes. hìc usus statim com-

commodissimè adduntur, ita ut *Didascalicus* sit die Lehre von der Liebe Gottes. *Pædevt.* applicatio. *Epanorth.* contra eos, qvi Deum non diligunt, aut certè non ex toto corde atqve omnibus viribus. 2) pars Geboth von der Liebe des Nechsten. ubi itidem *usus* adduntur, *dogmaticus* die Lehre vor der Liebe des Nächsten. *Pædevt. applicatio. Epanorth.* contra eos, qvi proximum non diligunt, aut certè non ut se ipsos. Ita etiam in aliis.

CXXXIV.

Et qvid? Aliqvi *singulis explicatis conceptibus usum qvendam vel qvosdam* addunt, qvod qvidem cùm ad populum in attentione continendum, tùm ad ædificationem ipsam eò majorem, admodum videtur proficuum esse. *Certè locos communes, meditationes pias, & alias observationes elegantes ac salutares*, etiam ex Emphasibus verborum petitas, per modum *excursionum* immiscerì, & pium & decorũ & solitum, licèt qvæ ad usus principales pertinent, meritò iisdem reserventur.

CXXXV.

Conclusio Concionis fit plerumqve vel *voto* iterum *qvôcunqve*, hôc qvidem *ultimô*, vel etiam *Doxologia* Dei Triunius Generali, vel etiam *utroq; conjuncto*, rarò autem abruptò, præprimis à Studiosis.

CXXXVI.

Atqve hæc omnia hactenus dicta, maximè intelligenda de *methodo Analytica*, & qvidem *naturali*. Est autem etiam *Methodus Schematica, naturali & simplici* opposita, & *Synthetica, Analyticæ*, de qvibus pauca adhuc addenda.

CXXXVII.

CXXXVII.

Et *SCHEMATICA qvidem METHODUS est*, ubi Schema aliqvod, maximè Metaphoram aut Allegoriam assumo, idqve per totam concionem deduco, sive jam ab ipsô textu illud suppeditetur, sive non; sive sit à natura petitum, sive è vita humanâ aut civili v. g. qvando super Evangelia, ubi Christus auxilium suum vel cæco alicui, vel surdo, vel muto, vel leproso vel similibus præstat, *Exordium* qvidem sumo ex Ex. XV, v. ult. Ich bin der HErr dein Artzt / indeqve *Propos.* facio, die Cur Jesu an dem und dem erwiesen / ubi *Partes* 1.)Medicus 2.)ægrotus 3.)sanatio ipsa. 4.)interdum, sostrum, daß sie ihn nachfolgen / oder doch sonst preißen / est Methodus & dispositio Schematica; ab allegoria ab extra qvidem *è vitâ civili*, à Medicô nempe ad Medicum Medicorum applicatô, petita. Ita qvando super Epist. 1. Fer. Nat. Jesuli ex Tit. II, 11. seqq. *Exordium* sumo v. g. ex Malach. IV, 2. ubi Christus dicitur die Sonne der Gerechtigkeit / aut adhuc commodiùs, ut non tantùm qvadret ad Propositionem, sed etiam ad Partes, ex Luc. I, 78. 79. ubi Christus dicitur der Aufgang aus der Höhe / der denen Menschen p. in der Finsternüß und Schatten des Todtes erschienen / qvod ad primam partem qvadrat, p. nun immer ihre Füsse richtet auf den Weg des Friedens / ad secundam. inde *Propos.* der himmlischen Gnaden-Sonne 1.) Erscheinung / ist erschienen 2.) Züchtigung / und züchtiget uns ꝛc. methodus & dispositio iterum est Schematica, cum allegoria, à textu qvidem ipsô suppeditata, in voce ist erschienen / *è naturâ*, nempe à Sole ad Solem solis & omnium

applicatô, petita adsit. qvas allegoricas locutiones deinde etiam per Usus retineo, imò si possum, ipsi PræExordio insero, unde etiam *tota Concio* pòst dicitur *Schematica vel qvoqve Artificialis*. In cæteris perinde *tractatur*, ut methodus vel dispositio vel concio aliqva naturalis. *Remotiùs* interdum Schema etiam ex *historiâ sacrâ* petitur, qvomodo v. g. Sol à Josua consistere factus Jos. c. X, 12. 13. per anagogiam qvandam sæpè applicatur ad Christum, qvando in Evangeliis Dominicalibus à miseris per preces objectas in medio cursu viarum suarum ad auxilium ipsis ferendum impeditus atqve inhibitus fuit.

CXXXVIII.

SYNTHETICA autem *Methodus* est, ubi maximè compono, sicut in Analyticâ maximè resolvo, unde etiam Græcè dicuntur h. e. ubi *Locum aliqvem Communem* super textu assumo, illumqve in tractatione pertracto, sive clarius, ubi *usum* qvendam sumo, illumqve loco thematis ipsius principalis juxta ea, qvæ de eô adsunt, aut aliundè adducuntur, pertracto v. g. ut assumamus iterum è superioribus aliqvod exemplum, quando super dictum illud 1. Petr. V, 5. 6. *proponitur* eine Lehre von der Demuth / qvod est ipse ordinariè Usus Didascalicus, inqve tractatione ipsâ habeo t. qvæ in textu ipsô de virtute illâ adsunt, t. qvæ aliunde commodè addo, Synthesis est. Sic autem *Usus didascalicus* fit saltem *applicatio*. *Prædevticus* est ipse textus, formalis qvidem hîc usus pro tali tractatione &c. Ita qvando textum habeo Didascalicum 1. Johan. V, 20. dieser (Jesus Christus) ist der wahr-

wahrhafftige Gott/ und das ewige Leben.)' *Synthesis* est, si refutem ex professo exinde Socinianos, divinitatem Christi negantes 1.) è verbis claris der wahrhafftige Gott. 2.)è consequentia das ewige Leben; qvæ aliàs in Methodo Analyticâ sunt Usus Elenchticus. Ita qvando habeo dictum 2. Cor. IV, 7. Unser Trübsaal/die zeitlich und leicht --) Synthesis est, si *propono* exinde argumentosam pædiam ad patienter ferendas calamitates, ubi argumenta 1.)ab ipsius qvalitate zeitlich und leicht/ 2.) ab illustri consequente immensùm transcendentis & æternæ gloriæ, schaffet eine über alle maße-- In cæteris omnibus eadem iterum ratio *tractationis*, *modò* ut textum tamen vel prolixius in Exordio qvidem resolvem, vel etiam brevius resolutionem ejus aut ante tractationem ipsam aut singula ejusdem membra præmittam, vel etiam ipsi eorundem tractationi inseram.

CXXXIX.

Methodum ANNUAM (Jahrgang) adhibere solent hodiè Ministri Verbi Ordinarii, sed non nisi postqvam unâ aut pluribus vicibus jam Evangelia aut Epistolas Methodô Analyticâ & Syntheticâ pertractârunt; atqve hoc ipsum etiam liberè.

CXL.

Maximè circa hanc observandum, ne nimis longè abeam cùm à textu tùm à realibus ipsis, qvia aliàs torqvebo Evangelium, me, & auditorium, nec tamen vel minimum vel maximâ & plurimâ meâ operâ auditoribus prodero.

CXLI.

CXLI.

Optimum exemplum præbet Lutherus in Postillâ suâ Ecclesiasticâ, qvam & ipsam ipse optimum suum librum agnoscit & dicit, ubi per singula Evangelia & Epistolas duas tractat Partes, absqve Propositione etiam qvidem, de fide primam, alteram de amore bonisqve operibus, qvarum illam maxime stringit contrà Pontificios, hanc vero dirigit ad & adversus domesticos, nostros.

CXLII.

Variatio dispositionis, & eatenus consequenter totius concionis, tot modis & vicibus fieri potest, qvot sunt in qvôlibet textu diversi conceptus, aut qvot schemata sive ex textu ipso sive aliunde possunt afferri, itemqve Syntheses super eum extrui. v. g. qvando habeo textum Col. II, 9. In Christo wohnet die gantze Fülle der Gottheit leibhafftig. possum juxta *Methodum Analyticam naturalem proponere*, si qvidem conceptum Christi potissimum respiciam den mit der gantzen Gottheit persönlich vereinigten Christum. si wohnet: die Wohnung der gantzen Gottheit in Christo. gantze: die Allgemeinheit der Christo beywohnenden Göttlichen Eigenschafften. Fülle: die Christo beywohnende Fülle der Gottheit. Gottheit: die Gottheit / wie sie der Menschheit Christi beywohnet (v. g. 1.) gantz 2.) leibhafftig.) leibhafftig: die Art der Christo beywohnenden Gottheit. Ita si *argumenta probantia* (hæc enim hactenus fuerunt *explicantia*) respicio, expressum qvidem nullum adest, sed tamen implicitum, nempe testimonium afferti divinum. Unde *Propos.* die Christo beywohnende Gott-

Gottheit. *Partes* 1.) explicantia qvis? die Gottheit/ und zwar gantz mit aller ihrer Fülle. qvid? wohnet. ubi? in Christo. qvomodo? σωματικῶς, non tantùm sicut in corpore, uti qvidem simile illud aliàs etiam dissimile in Symbolô Athanasianô hùc applicatur, sed etiam verè tanqvam in propriô suô corpore. 2.) probans, daß es hier Gott saget. cui possum reale addere, daß es so sein Amt und Endzweck dessen/ ja die heilige Sache und Art der Vereinigung selbst mit sich gebracht. aut possum etiam modum inhabitationis inter explicantia omittere, & tertiam partem exinde facere, tanqvam ab illustranti simili, si qvidem sic saltem acciperem. Juxta *methodum Analyticam Schematicam Schema insitum* adest illud ipsum jam nominatum, unde *Prop.* die leibhaffte Beywohnung/ oder Beywohnung der Gottheit in JEsu als in einem Leibe. it. in τῷ Fülle aliud latet, à pretioso vasqve suum longè superante liqvore. it. in τῷ wohnet adhuc aliud, ab habitatoribus domûs vel etiam palatii alicujus. Unde *Propos.* die in der Menschheit als einem Hauße oder Pallaste wohnende Gottheit. *Allata* verò & *illata* schemata essent v. g. si proponerem die die Stiffts-hütte oder den Tempel überschattende Wolcke/ oder erfüllende Herrligkeit Gottes: oder Gott in dem selbstständig angenommenen Fleische/ ut respiciam ad parastaticas speciei cujusdam aut περιβλήματος in V. T. ad certum tempus finemqve, maximè etiam præfigurativum, factas assumtiones. Juxta *Methodum Syntheticam* si Pædian super dictum illud proponerem ad adorandum Christum-Hominem,

nem, cui suppeditat argumentum textus. Ita Synthesis esset, qvando agerem ex hoc textu de præcedentia N. T. præ V. uti qvidem hîc ratio principalis adest; & sic porrò.

CXLIII.

Carpzovius ad finem Hodegetici sui exemplum habet textus centies variati, nimirum voti illius V. Test. publici ex Psal. XIV. v. ult. Ach daß die Hülffe) qvalia ferè inter *mimcula* aut tamen *mimbilia Homiletica* referenda.

CXLIV.

Est autem hæc variatio saltem *exercitium*, sicut aliàs sunt *variatio Grammatica*, *Rhetorica*, *Logica*. In praxi enim ipsâ illam Propositionem cum Partibus tantùm eligo atqve tractandam sumo, qvæ in textu ipso aut qvoad integrum contextum regnat, aut certè ad scopum meum præsentem omnium optimè qvadrat.

CXLV.

Cæterùm, *qvæ in universum adhuc annotandæ*, *Versiones*, *Commentarii*, *Postillæ* (à post illa, scil. verba textûs, in barbarie Scholasticâ dictæ) *Concordantiæ*, (qvales Hebraicæ qvidem ad Vet. Test. sunt Buxtorfii, Græcæ ad N. Schmidii, Germanicæ maximè, ad utrumqve, Lanckisii,) in se bona, sed à te rectè utenda, non primò, aut tamen non primariò (introductioni enim inservire qveunt,) sed tanqvam adminicula ab aliis suppeditata; non ad ostentationem, multò minus emendicationem, sed prudenter, decenter, sobriè. De *usu Concordantiarum* in specie videndus

B. L.

B. *L. Glauchius, Archi-Diac. Lipſ. ad S. Thom.* in tractatulô ſuô *ſic inſcriptô.*

CXLVI.

Fabulæ autem, *verba, locutiones, dicteria, proverbia, hiſtoriæ ridiculæ ac profanæ* abſint, tanqvam etiam legatum & oratorem DEI ſummi minùs decentia.

CXLVII.

Gentilium facta & dicta aliâ ratione non adducenda, qvàm ut eò magis confundam Chriſtianos, argumentando à minori ad majus: So die Heyden ſo und ſo gelehret und gelebet nach der Natur; wie ſollen wir uns ſchämen! wie ſollen wir es nicht viel mehr thun nach Gottes Wort in der Krafft Jeſu und ſeines Geiſtes! aliàs enim dicta & facta ſacra Eccleſiaſticaqve ſatis ſuperqve ſuppetunt, profanaqve potius profanis cathedris ac uſibus relinqvenda, ſicut & planè alius generis ſunt.

CXLVIII.

Stylus optimus *Biblicus*, aut certè ille noſtri optima norma & forma: ad res tamen temperandus; ſublimes enim ſublimis, medias medius, tenues tenuis decet.

CIL.

Qvando liberum eſt, *argumenta* fortia ſub initium, leniora in medio, fortiſſima ſub finem ponuntur: id qvod intelligendum de argumentis probantibus, itemqve etiam illuſtrantibus.

CL.

Termini & verba latina uſurpantur, qvando auditorium ex parte eſt eruditum, deinde etiam emphaſis major

major & pondus ipsis inest, sive jam sint adducta cujusdam Patris aut Doctoris Ecclesiæ, sive etiam saltem propria; hoc ipsum tamen etiam parcè.

CLI.

Formulæ & voces connectendi hîc non tàm ornatæ requiruntur, qvàm aptæ ad res ipsas, earumqve mutuam cohærentiam: qvales etiam aliqvas, maximè *transeundi formulas*, per totum opusculum interseruimus.

CLII.

Qvod ad *concipiendi*, ut vocant, *rationem* attinet, incipientes totam concionem ad verbum cùm chartæ subjiciunt tùm memoriæ imprimunt; perfectiores saltem membra & contenta potissima unà cum dictis uti chartæ, ita memoriæ committunt.

CLIII.

Memorandi verò optimum adminiculum est, res benè in intellectu cognitas atqve perspectas habere, & corde vitâqve sensisse prius atqve excoluisse ipsum: tùm apta dispositio per omnia: porrò aptæ connexiones: tandem & ipsa scriptio.

CLIV.

Pronunciatio deniqve & *Actio* omnium optimè fiunt, prout à Deô & naturâ cuiqve datur: affectata enim & coacta maximè ad aliorum exemplar ingrata. Uti tamen omnia, ita & ipsæ præceptis non minus, ac usu ipsô, possunt & debent excoli.

CLV.

CLV.

Utraqve sit neqve nimia neqve nulla, sed media, temperata tamen ad locum, res, partes, singulasqve periodos, imò voces, jam sedatior, jam concitatior, prout se ipsæ habent v. g. in Exordiis sedatiorem me gero, in tractatione concitatiorem, in usibus concitatissimum: ita docentia leniùs, argumentosa & moventia fortiùs ex primo: emphaticas periodos, ipsaqve emphatica, singula qvoque, verba etiam cum emphasi vocis & gestus effero.

CLVI.

Totæ concio conjunctim sic ex ordine exsurgit & prodit. Primò qvidem, si textus est arbitrarius, *eligo* aliqvem Canonicum, maximè tempori, statui auditorii, & circumstantiis aliis convenientem, juxta §. XXIX. & seqq. Electum post *resolvo*, juxta §. LII. & seqq. Resolutum *dispono*, juxta §. LXXVII. seqq. Ad dispositum jam *eligo Exordium* (*speciale*) commodum, juxta §. XL. seqq. Post Exordium etiam *Usus educo*, juxta §. CXI. seqq. & ultimò de primô h. e. *PræExordio* demùm cogito, juxta §. XXI. seqq. Hæcqve omnia vel mente saltem concipio, vel chartæ etiam subjicio. Sin verò qvædam realia aut subdivisiones aliaqve incidunt, in schedula seorsim annoto. Qvibus factis, *elaborationem ipsam* singulorum membrorum *aggredior*, in specie Exordiorum juxta §. XXII. IL. *Tractationis* juxta §. CV. seqq. *Usuum* juxta §. CXXV. seqq. qvò pertinent *formulæ transeundi*, & alia hinc inde adsperſa. Elaboratam *memoriæ mando*, juxta §. CLIII. memoriæ mandatam *habeo*,

juxta §. CLIV. seq. Sin verò *Methodus* est *Schematica*, peculiariter videndus §. CXXXVII. *Synthetica*, §. CXXXVIII. *Annua* §. CXXXIX. seqq.

CLVII.

Habita concio precibus Deo in cordibus auditorum commendanda, *siqve alia forte* propediem habenda, optimè egero, si statim hîc saltem qvidem summa ejus lineamenta vel animo concipiam, vel etiam chartæ subjiciam, ubi habitus meus in exercitato atqve excitato est.

CLVIII.

Atqve sic præcepta hæc Homiletica juxta electam *Methodum* aut etiam saltem *ordinem*, facilè hîc qvidem omnium commodissimum, optimum ac utilissimum, nempe *realem* h. e. maximè juxta *sex illas Concionis Partes*, deinde etiam *Methodos varias*, *Schematicam*, *Syntheticam*, *Annuam*, aliaqve *varia accidentia*, *variandi*, *concipiendi*, *memorandi*, *enunciandi*, *agendi*, deduximus, *præmissis* quidem etiam *præmittendis*, *de prærequisitis aut præsuppositis*, *voce*, *& re*, *nec non historiâ Homiletices*, & *submissis submittendis*, *generalioribus regulis & observationibus*, *aliisqve*, deduximus. Neqve tamen mens est, ac si omnia & singula semper, debeant observari & usurpari, sed *prudentia sacra & Ecclesiastica*, vel qvoqve *Homiletica*, precibus & culturâ spirituali à Deo Sapientissimo impetranda, tota quidem respiciens statum ædificationemqve auditorii, me pòst ubivis docere debet, qvid hîc, qvidqve alibi, sicut in rebus ipsis, ita etiam præceptis & modô tractandi integrô

potis-

potissimùm eligam & seqvar. Certè tamen hæc sunt *universalia & præcipua, fereqve necessaria omnia.* Multa qvoque saltem apud me fiunt, uti *resolutio textus tota, & alia*, qvæ vel planè non, vel non nisi in effectu ad auditores prodeunt.

Tantum Compendii hujus.

S. D. G.

Sphalmata typographica si qvæ fortè irrepserint, ea Lector Benevolus condonabit, &, certè in intellectu, corrigere non gravabitur.





die hand bicte/ mit gr

Non differt oratoria sacra à civili nisi arguto
Siquidem ... ta eadem sunt: persuadet orator
civilis, persuadet et Dialectica: si docet
Dialectica interpretando rationes sequitur.
Duplici ... in ratione sacra considerari possunt,
ut didactica et parametica: atque hactenus
diversum quid est in Oratione sacra. Quamvis
non ... in civili didacticum genus aliquod comenti
sint juniores Rhetores, id tamen proprie ad
fotes Rhetoricos non pertinet: ut ut non negem:
didacticam orationem etiam ornari coloribus
oratoriis posse: ut ornari quidem potest,
hac in parte Oratio sacra imo debet, ne je
juna nimis et macilenta videatur. Mlor
Kos: Polyh: tom. I. lib. VI. c. IV. n. 1.

Caspar Fidler Cantzel Schmuck
oder Dispositiones in Evangelia
8. Leipzig 1692



Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1014930014/phys_0090
DFG

die hand biete/ mit gr
n stosse/und frisch lärm blasen h
Blutvergiessen je mehr
ach dessen soll diese seyn/d vor
Propheten/ Enthusiasten/ Weig
hre Gesichter und Offenbahrung
den können bescheinigen/die auff
Aber diß heisset woll eine unwarh
aut des Sprichworts: Alte Haus
einer bösen sache gehöret viel spi
und ihre Spießgesellen können ih
us meinen geführeten argumen
behaupten/ als es der leidige Sata
H. Engel Gottes kan beweisen/daß e
Abfall von Gott/ n gleich geb
meine argumenta nur al in für die gu
ungen: Wie können dann die bösen G
dadurch bescheiniget werden? Will n
eit seines verkehrten Sinnes/keinen u
ösen/ des Liechtes und der Finsternu
ssen? Oder stehet er in dem irrwahn/
enschafften habe mit dem Liechte? G
varheit!
Wie es dann 5. auch eine sche
n Herrn Theologis Gryphis
lo wenn ihnen die dedication mein
ngenehm gewesen were. Denn das E
rer Schrifftlichen attestation, in
et haben/darthun und beweisen.
th der Stadt Hamburg kein eini
willens/ so aus meiner geschehenen



Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1014930014/phys_0092
DFG

Sohn. H. Geist. Schöpffung simpli-
Erlösung ꝛc. aut si duo objecta unà
propositio qvidem manet, sed
objecta v.g. eines Christen
ter und 2.) seine Schöpf-
2.) seine Erlösung: ubi
runt. aut des Va-
Sohnes Per-
Heiligung.
ubi objecta mera, sed

LX

Ita tota *Oratio Dominica*
cum pertinet, in specie *precatio*
qvoad pettt. 1. 2. 3. 4. & 7. ad Epa
specie *deprecationes* ad Deum directas,
pett. sed singulæ *differunt objectis*, hîc qv
realibus. *Priores* enim *qvatuor* pro objecto
bonum conferendum, & *priores tres* qvidem *spir*
le, sanctificationem nominis divini, adventum regi
divini, & impletionem voluntatis divinæ, 4ta verò
corporale, panem & necessaria vitæ naturalis pariter
ac civilis qvotidiana. *posteriores* verò *tres malum au-*
ferendum vel avertendum, & *priores* qvidem *duæ ma-*
lum turpe cùm *factum*, peccata, petit. 5ta. tùm *futu-*
rum, tentationes ad peccata, 6ta. ultima verò *malum*
triste, mala alia animæ & corporis, honorum & bo-
norum. Unde juxta R. 4t. *Propositio* qvidem semper
eadem est Eines Christen Bitte/oder auch Abbitte in-
terdum, sed *objectum* variat pro *varietate petitionum*
ümb die Heiligung des Nahmens GOttes. ümb die
Zukunfft seines Reiches--, *Partes* dant *diversa ex-*
plican-

plicantia. Aut si *plures petitiones* simul tractandas
habeo, juxta Reg. 3t. *Prop.* est Eines Christen Bitte
Partes v.g. 1.) ümb die Heiligung göttlichen Nah-
mens 2.) ümb die Zukunfft seines Reiches. *Introi-*
tus verò Vater Unser/ der du bist im Himmel/ est *al-*
locutio, sed *argumentosa*, qvippe qvâ Deum in ante-
cessum com- & permovere volumus, ut exaudiat pro-
ferenda, nosqve ipsos etiam exinde ad fiducialiter
precandum excitare, qvia ipse 1.) gütig/ als Vater/
als unser Vater. 2.) mächtig/ weil er im Himmel
oder ἐπουρανῖς Himmeln/ und folglich schaffen kan al-
les/ was er will/ und auch die Frommen wollen nach
seinen Willen/ in Himmel und auf Erden. Unde *Pro-*
oem. Bewegliche Anrede Gottes/ ubi 1.) Die An-
2.) Dero Beweglichkeit/ juxta R. 4t. vel etiam
expressa autem *argumenta* jam succedunt in
Denn dein ist das Reich-- du kanst/ du
desumpta qvidem 1.) *ab honesto ve-*
ein ist das Reich. 2.) *à possibili*
ò omnipotentiâ divina dein ist
vasi, dein ist die Herrlig-
das objectum selbst ist/
Unde juxta reg 4t.
Gott zur Erhö-
2.) à po-
petitione
ver-
bis, wie in Himmel/ also auch auf Erden
reg. 5tam; *Partes* hîc etiam
(2.) wer? dein Wille (2.) qvid? ge
wie im Himmel/ also auch auf Erden
D
etiam

Regional-
bibliothek
Neubrandenburg
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1014930014/phys_0093
DFG